



Universitätsbibliothek Paderborn

Dvx Spiritvalis

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.Xiii.

Cap. I. De Meditatione Diuinorum mysteriorum, & quod eius finis sit, tres perfectas cognitiones gignere, Dei videlicet, Christi, suiq[ue] ipsius, ad permouendam voluntatem ad effectus feruentes, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48784](#)

vere possemus : qui liber est proprium per-
e & contemplationis obiectum , de quo i-
Tertio Tractatu agemus: quinque reliqui ma-
tis propriè spectant ad lectionem & medita-
tionem , quæ ad ipsam contemplationem di-
ponunt ; suntque huius Tractatus argumen-
ta , quamvis ob similitudinem , quæ in mul-
tis rebus inter meditationem & contemplati-
onem intercedit , dum de altera agimus , aliquid
accesse sit de ijs tractare , quæ ad alteram
spectant.

CAPVT. I.

DE MEDITATIONE DIVI-
orum Mysteriorum , & quod eius fi-
nis sit tres perfectas cognitiones gigne-
re , Dei videlicet , Christi , suiq; ipsi-
us , ad permouendam voluntatem ad
effectus feruentes & quisnam in eis
ordo sit seruandus?

VITA Contemplativa sive spiritu-
scientia (teste Angelico Doctore) ^{2.2. q. 18o. art. 1.}
consistit essentialiter in actib; in-
tellectus nostri nobilissimis; cu-
ius finis est visio , cognitiove per-
fecta Dei , ac Sacratissimorum eius mysterio-
rum , vna cum excellentissimis voluntatis a-
ctibus , qui ex ea cognitione proueniunt;

E e z quiq;

SPIRI-
TANTE

TRACT. II. CAP. I

424

quiq; simul adiuuant, vt ea cognitio crescat
ad perfectionem perueniat. Verum cum hoc
scientia adeo sit excelsa, eiusque objectione
deo immensum, non potest in hac vita obser-
vi, nisi plurimis varijsq; actibus, quamvis in-
undē finem directis. Quam ob causam dicimus
a Spiritus Diuinæ sapientiæ esse unus & multi-
plex: unus, quia à solo uno principio, qui est
Spiritus Sanctus procedit; habetque unicuique
solum præcipuum finem; ipsam coniunctionem
cum Deo: cum quo unus idemque Spiritus
per amorem. est tamen idem multiplex, ap-
plectitur multitudinem actuum & ex-
citiorum, ad finem hunc adeo excelsum con-
quendū: quos actū conati SS. Patres & Scien-
tifici, ad certū numerū reducere, quod facili-
cōprehēdi possent. Quo vero maiori clarū
procedamus, sufficiet, tres intellectus etiā
signare, qui spectant ad vitam cōtemplationis
quorum unus sit tanquam principiū & funda-
tum, alijs tanq; mediū, tertius tanq; finis de-
tius perfectionis complementū, qui vñsceretur
clarisq; vocabulis CREDENDI, MEDITANDI,
DI, & CONTEMPLANDI exprimuntur.

§. I.

De actibus Fidei.

PRIMVS actus consistit in simplici Creden-
tia, quinorū mysteriorū apprehensione, ut
firmo certoque iudicio, quod illa fides
vera eaque firmitate credenda quod Deum
illarū.

S. Thom. 2.2.
1.180. ac. 3.

Sap. 7.22.

S. August. lib.
de quant. ani-
mæ.
Richar. lib.
de contem-
plat.
S. Bonavent.
ib de itine-
ratio metis.

reuelauerit: ad quod nos inclinat supernaturale fidei lumen, quod ipse Deus fidelium emisinfudit, sine quo impossibile est, nostro tam lumine naturali perfectam horum mysteriorum cognitionem assequi, ut insinuauit Isaia Propheta, cum dixit, **b** si non credideritis non intelligetis confidiceret, nisi vestrum intellectu captiuus ad credendum, **q** Deus reuelauit, non aliquid quoniam perfectam eius cognitionem. **Ex** quo prouenit; **q** anima nostra aspectus in hac vita mortali, sit semper alia obscuritate & nebulosus velatus, ut peruenire non possit ad perfectam claritatem, qua beati fruuntur in gloria, iuxta illud Apostoli; **c** videmus nunc perspiculum in Aenigmate, tunc autem faciem faciem. Et quamvis multa sint specula, in quibus De' in hac peregrinatione videatur; o-
mnis tamen, teste Sandro Augustino, reuocan-
tur ad duo, ad *creaturas* videlicet, in quibus
creatoris perfectiones resplendent, & ad *sacras* em. lib de
In Psal. 34. &
scriptur. 45. in quib. mysteria quae de scipio De-
reuelauit, continentur licet parabolis ac
difficillimis enigmatis occultata. Et hoc specu-
lum est principalius: quia multo plura comple-
tuntur, quam in creaturis visibilibus cognosci
possunt; eaque reuelat maiori spiritu ac certi-
tudine: ideoq; in eo exercetur magis propriè
primus actus intellectus, scilicet **CREDEN-**
TIA; qui adeo efficax esse solet, ut sibi hæc
sola credulitas simplexque visio, coelesti il-
lustratione adiuta, absque nouis ratiocinatio-
nibus sufficiens sit, ad inflammandum ignem af-

b Isaie 7.9.
Iuxta LXX.

c 1 Cor. 3.23

In Psal. 34. &
26. & in ro-
scriptur. 45. in quib. mysteria quae de scipio De-
reuelauit, continentur licet parabolis ac
difficillimis enigmatis occultata. Et hoc specu-
lum est principalius: quia multo plura comple-
tuntur, quam in creaturis visibilibus cognosci
possunt; eaque reuelat maiori spiritu ac certi-
tudine: ideoq; in eo exercetur magis propriè
primus actus intellectus, scilicet **CREDEN-**
TIA; qui adeo efficax esse solet, ut sibi hæc
sola credulitas simplexque visio, coelesti il-
lustratione adiuta, absque nouis ratiocinatio-
nibus sufficiens sit, ad inflammandum ignem af-

Ee. 3 fectum

SPIRI TANTE

fectuum in puris & synceris cordibus nā sum
statim atq; silex chalybe percutitur, scintillā
erūpit, quæ siccū accendit fomentum, ex
postea magnus ignis consurgit: ita ēt quoniam
dei nostræ mysteria sunt instar silicis, man-
videlicet ignis non terreni, sed cœlestis ac
uini; statim atq; intellectus chalybe; baculum
illustrati ea credētis, veraq; indicatis, tiguris
erūpunt scintillæ tenerorū affectuum in cor-
bus, ad eos concipiēdos benè dispositi: ex
postea magni splendores & nouarum confu-
rationum affectuumque flammæ proueniunt
qui amorem ipsum perficiunt. Quod con-
tidie experiuntur, qui pios libros legunt
& conciones aut spirituales exhortationes
diunt, etiam si nouas ipsimet ratiocinationes
non addunt. Quo etiam fit vt, ad omnia ex-
rationis exercitia, vitæque contemplatio
pera, aptissimum sit principium, à feruentib
fidei actibus initium sumere, intellectum re-
plicando, vt scilicet magna viuacitate statua
credat que mysterium meditandum; cognos-
que de Dei præsentia, cum quo est collocu-
rus, ac de necessitate, ob quam ad orandū acci-
dit, ex feruenti enim huiusmodi principio
prodire solent feruentes meditationes, illu-
strante Deo Domino nostro obscuritatem
dei illustratione sua cœlesti, quam expediri pos-
tere hac ratione, O saluator dulcissime, dala-
ge mihi fidem, quæ tua mysteria ita credam,
eadem intelligam; & ita verò intelligam,
eadem amem, atque amplectar.

¶ Lue. 17. 5.

§. 2.

De proprio Meditationis officio.

HOc primo fidei actu præmisso, duo alij vitæ contemplatiæ proprij super sunt, alter qui per intellectus ratiocinationem eficitur, quæ MEDITATIONEM vocam⁹; alij considerationē aut speculationē; alter, qui abſq; ratiocinatione æternā veritatem magna certitudine ac viuacitate penetrat, sicut modum visionis siue aspectus, q; vocamus CONTEMPLATIONEM: de qua in proximo tractatu agemus.

MEDITATIO, teste S. Augustino, est oc-
culi & latētis veritatis secrēta inquisitio, aut
aucta Richardum, est attenta quædam ac dili-
gens intellectus nostri applicatio ad inquirē-
cam & patefaciendam alij quam veritatem, aut
mysteriū, q; latet; explicando videlicet illud,
quo penetrari atq; intelligi omnino possit. Id
cōjā re vna in aliā discurrit, quærens & sta-
mens præcipiū hæc quatuor; Naturam videli-
cet & pprietates rei, q; meditatur; Causas & fi-
ciens; effectusq; ac circumstantias reliquas,
q; illam comitantur. Si n. aspiciat librū siue
peculū creaturarum; ex eis ratiocinando, in-
telligit excellentias creatoris, à quo illæ pro-
cesserunt; Fines, ad quos illas ordinavit, ppriā
ipsius gloriā, & nostrā vtilitatē effect⁹; quos
per easdem operatur, & bona, quæ p̄ eos nobis
communicat; Circumstantias deniq; loci tem-

lib. de spirit.
& li. de Cō-
templ. esp. 2.
S. Bonavent.
Itinere. 2. c. a
Gerson de
mystica The-
olog specu-
lativa p. 4.
confid. 27.

E e 4 poris,

SPIRI-
TUS INTE-

oris, orationis & mortis, quo illæ factæ fuerint.
Si speculum sacrarum Scripturarum inspicere
uoluit eorum parabolæ, & ænigmata, pro-
ferens in lucem occultas veritates, quas illæ
nobis insinuantur: nam (ut ait S. Bernar.) proprie-
tatem Considerationis, extricare & evolvere
confusas recolligere dispersas, occultas solu-
tari, quaerere veras, & fictas patefacere: quæ
hac solitudine diuinæ queritur veritates, qui
incidit in illas. Nec est contuta simul & qui
in confuso, fidei mysteria credere; ne capi-
ea, quasi iam præterita tantum, aut futura,
quasi valde distantia; sed vivacitate ac veloci-
tate sui discursus imaginationis suæ vi adiu-
ta ea aspicit tunc quam præsentia, & iam proxima.
Eadem ad sepulchrum descendit, ad purgato-
rium, & ad ipsum infernum; rendit ad Bernar.
hemiticæ specum, & ad montem Calvarium
vulnera Christi crucifixi ingreditur, eiusque
ctoris interiora penetrat: ascendet quoque ad En-
pyreum cœlum & puenit usque ad thronum ipsius
Dei, & in omnibus his locis aspicit ac circuite-
rit quicquid in eis agitur, ab una re in aliâ dicta-
rens, donec assequatur omnia quæ desiderat.

Hoc ipsum excellenter explicit S. Sym-
gorius dicens, quod qui multum Deum diligunt
ingrediuntur ad interiora, ut illum inueniantur
quia Deus, inquit, in sufficiencia iacet, cōtentus
suis meditationib. pijs lectionib., & cōtinuerat
cognitionum suarum examinatione ac ratiocina-
tione incessanter illū querere, donec inveniantur.
Quasi diceret: perfecta cognitio mysteriorum De-

**lib. 1. de Con-
sideratione.**

**In id. Cant. 1.
Adolescen-
tibus dilexe-
runt te.**

non Dei, qui dicitur e *Vere Deus absconditus*,
non invenitur in superficie creaturarum, aut
in diuinarum scripturarum cortice, sed in in-
ternis & occultis earum arcanis, eas videlicet
meiore animæ oculo penetrando per le-
ctionem, & profundam intellectus medita-
tionem: vnde procedit vera spiritus scientia,
perfectaque rerum diuinarum estimatio, qui
est primus fructus, & meditationis maximè
proprius, ex quo alij plures oriuntur.

SIC V T enim simplex aliquis rusticus, qui
preciosum in platea inuenit lapillū, quamvis
eius colore & splendore illectus eum acci-
piat; quia tamen eius virtutem & valorem nō
intelligit, non magni illum facit; sed facile
pro realia commutat, aut distrahit vili pre-
tio: peritus autem Trapezita ex illa externa
specie ex pondere, alijsque occultis signis pe-
netrat ad eius valorem & virtutem: & quia
illum bene nouit, etiam magni facit, & soli-
citate custodit. Ita, inquam, si superficie tenuis
creaturas aspicias, cognitione quadam exter-
na, quæ te oblectat, & sis contentus, sistaisque
in credendis rebus fidei simul, & quasi in con-
fuso, eisdemque cursim omnino legendis:
parvam rerum æternarum opinionem habe-
bis, ealque facilè deseres, vt temporalibus
fruari, quod si tamen meditatione, diuina my-
steria penetres, perpendens ac ponderans,
quæ in illis latent, maximi ea facies; f i vende-
que, si opus erit, vniuersa qua habes, vt compa-
re h[ab]eturum quæ fodiendo in agro, vbi erat

SPIRITU
INTE

ibsonditus, inuenisti. Et quoniam virtutes
vitæ Christianæ, præcipua sunt huius thesauri
pars, & meditationis materiæ, intelliges, quod
virtus in superficie non iacet, nec in extremis
partibus corporis, nec in operibus purè externis,
sed præcipue in interiori & secreto cordis.
Ac proinde cum eas meditaris, aut consideras,
progrediendum tibi est ab externis ad interna:
& ab ijs, quæ corpus facit, aut patitur, ad
ea quæ in spiritu geruntur. Quæ omnia vo-
luit Christus Dominus noster nos docere,

g Ioan. 15.39 dixit, gscrutamini scripturas, quia vos para-
tis, in ipsis vitam æternam habere: & illa semper
quæ testimonium perhibent de me, non enim
dixit, legite, sed: scrutamini. quia scrutatio
est diligenter inquirere, quod est absconditum.
Et quoniam vita æterna, quæ est Deus ip-
trinus & vnuus, Christusque Seruator noster
ac ipsæ virtutes, quibus eum honoramus, e-
ademque seruimus, latent in secretissimis dimi-
narum scripturarum penetralibus, non san-
cti est eas quomodounque legere, sed oportet
attenta & profunda meditatione eas scruta-
ri. Tunc enim certissimum dabant nobis testi-
monium omnium æternæ vitæ mysteriorum, quae
in ipsis latent. Et propter eandem causam pe-
tuisset Christus D.N dicere nobis: scrutamini
creaturas, quia illæ testimonium perhibet de me.
h Rom. 1. 20 siquidē Apost. teste h inuisibilia Dei a creature
mudi, et ea quæ facta sunt, intellecta compiciantur.

NON tamen existimare debemus, medi-
tione hoc suo scrutinio contentam esse, ac
steri-

vere in querēdis occultis Dei: nam quod pō-
tissimum spectat, est ratiocinationibus & cō-
siderationib. suis duplē cognitionē assequi,
quae sunt instar duorū polorum aut cardinum
vitae contemplatiæ, *Dei*. s. ipsius cognitionē,
de nostri ipsorum, in quibus mouetur tota ma-
china contēplationis & meditationis, trāseū-
do ab uno ad alterū, & i *ascendendo* sicut *Ange-*
per scalam, quam vidit Iacob vsq; ad eius ca-
men, vbi Deus sc̄ ala ipsi innititur: & descendē
to statim ad infimū vsq;, vbi iacet Iacob dor-
miens; iterumq; ascendendo & descendendo per
radus ratiocinationū & meditationū, ad pro-
sequendum quid sit Deus, eiusq; excellē-
tias; ac simul q.d sit homo, erusq; miseras, cla-
mando séper ad Deū, cùm S. Aug. nouerim me,
& nouerim te. O Deus æterne, nouerim, quæso
me; idq; p̄ ex meipso habeo: vt profunda ex eo
numilitate erubescā; te verò nouerim tuam
magnitudinem, vt me, ad tecū ardētissima
charitate coiugēdū, erigā. Colligatio vtriusq;
cognitionis exprimitur nōe Rachelis,
q̄ figura fuit vitæ cōtemplatiæ: Idē. n. est teste
Hieron. ac videns Deū vel visio sceleris, idq;
fortasse ideo, vt intelligamus, spirituale ani-
ma visionē in his duabus rebus debere consi-
dere, & ab uno ad alteram esse transeundum;
nam in visione sceleris, q̄ ad propriā cogni-
tionem pertinet, cernuntur infinita magnalia
Dei, illud sustinentis, & condonantis in visio-
ne verò ipsius Dei, apparent iniquitas foeditas
que peccati, quo Deus offenditur.

S E D

De nomin.
Herib. in
Genes.

SPIRI- TUS INTE

II.

k Ioan. 17. 3. SED quoniam Deus Dominus noster, ut peccati malum repararet, voluit fieri homo; hinc est, quod eius cognitio fit bipartita: alia scilicet secundum diuinitatem, alia secundum humanitatem: nam in utraque dixit ipse C H R Y S T V S Se-
nator noster, esse k vitam eternam. Sunt enim eius principium, mediū, ac finis. Principium fuit ob fidem viuā; medium, ob deuotam meditationem; finis ob teneram & benevolam contemplationem. & propterea fortè Rachel nomen S. Gregorio teste, interpretatur vidē Deum, vel videns principium. Quis vero erat principium, nisi ille Dominus, qui interrogatus à Pharisæis, I tu quis es, dixit: Principium qui & loqueris vobis. nam ipse reuera qua Deus principium est omnium creaturarum; & bonorum omnium, qua in eis sunt: qua verò Deus & homo, principium est omnium gratiarum & donorum, quæ de cœlo in nostrum commodum descendunt. O Saluator dulcissime noueri in me, ut deprehendam, quantoper èt digeam te; nouerim autem te, ut bona videam quæ collocas in me. demittendo me ob misericordiam, quam ex meipso habeo; erigendo me vero, ob ea, quæ de infinita tua misericordia perero.

III.

Ex dicitis sequitur, vitam contemplatiū ut benè obseruauit Gerson.) esse instar modis cuiusdam, in quo sunt tres mansiones, in marum *infima* manet cognitio propria, in

qua se meritò exercere debent tyrones, scruta-
entes vias suas, ac meditantes peccatorū &
peccarū suarum miseras, vt ab eis liberari stu-
deant. In *mēdia* resideret cognitio Christi Ser-
vatoris nost: i, in qua longiores moras trahe-
re debent proficientes, scrutantes ac meditan-
tes virtutes, opera quæ cœlestis huius magistri,
ad eum studiosè imitandum. In *suprema* ha-
bitatione manet cognitio Dei, secundum e-
ius diuinitatem, in qua habitare debent per-
feci, meditantes ac excedentes diuinhas per-
fectiones & beneficia, vt suo creatori pérfecta
amoris vnitione iungantur. Et hic transfor-
matio fit spiritus nostri in diuinum, per con-
templationē. Quamuis singuli horum statuum
ita propriam sedem teneāt, vt aliarum etiam
exercitia participēt ob connexionem, quam
inter se mutuam habent. Qui enim in via pur-
gativa versatur, in suis miserijs cognoscen-
dis occupatus, non potest non eleuare oculos,
vt aspiciat, et arumque reparatorem agnoscat:
Qui vero in via vnitiva versatur, cognoscens
iuinas excellentias, inde quoque tuas utili-
tates melius deprehendit. Quare ex eis-
dem libris & eisdem mysterijs deduci pos-
sunt prædictæ omnes tres cognitiones,
licet aliter atque aliter, vt in
progressu declara-
bitur.

S.3.Qua

SPRI
DENTE

§. 3.

*Qua ratione Meditatio gignat
affactus?*

VIDEAMVS nunc, qua ratione meditatio in his habitationib. aequatur principalem suum finem ut moueat scilicet voluntatem ad exercendos nobiles suos actus tribus his cognitionibus proportionatos, ut intellectus conuictus vi veritatis, quae cognoscit, moueat efficaciter voluntatem velit, erga eandem afficiatur, exerceatque charitatis ac deuotionis actus, quorum praecedenti Tractatu mentionem fecimus. Sequoniam magna deceptio huic rei subesse potest, adferemus similitudinem, quam ibi finuauimus silicis & excussoris ferri, quo virum ad ignem eliciendum. quatuor enim hic eueniunt. nam aliquando, sàpè icto fulce, nec scintilla villa prodit, nisi post multum temporis magnunique laborem: aliquando exeunt quidem scintillæ; sed in ipso sàc prius extinguntur, quam ad fomentum perueniant: aliquando perueniunt quidem scintillæ ad ipsum fomentum, sed quod illud sit humidum, non concipit: aut certè non extinguitur, eò quod scintillæ valde furent exiles: denique alia scintillæ recepta in fomento, latim ignem exuscitant &flammam. Sic inquam quadruplex est fa-

tus sive conditio meditantium veritates & mysteria fidei. Quidam enim multum temporis consumunt, eadem mysteria quasi percutiendo meditatione & raticinatio-ne, nullo interim bono affectu aut proposito concepto, manente ipsa voluntate sicca, tepida ac frigida usque ad finem ipsius orationis; in quo aliqua tandem scintilla post magnum laborem erumpit. Quod quidem euenire solet aliqua ex tribus cau-sis.

Prima est in poenam peccatorum, & ob ne-gligentias in seruitio diuino, aut in præpara-tione ad orationem aut meditationem: sicut Moyses (iuxta mentem sancti Cyrilli & aliorum Doctorum) non eduxit in aquam ex illa prima virgæ percussione, donec secun-dò percussisset: in poenam increditatis ac diffidentiæ, qua silicem primò percussit: cum autem bis percussisset, egressæ sunt aquæ largis simæ: ablata enim culpa, maior consuevit dari gratia.

Secunda causa est, ad probationem nostra patientiæ ac perseverantiæ, & ut nostra dili-gentia cura que in eo quod agimus, crescat: Ad eum modum quo n. Elisæus percūtiens aquas Iordanis pallio Elia, ut eas diuideret, non sunt diuisæ ad primum iectum, donec maiori feruore ac fiducia dicens, ubi ei Deus Elia etiam nunc percussit secundo aquas, & diuisæ sunt hui atque illui: crescente enim fiducia

Refert Glos
se ordinaria
& Lyra
in Num. 10. 11

64. Reg. 2.
14. 1

SPIRI- NTE

fiducia ac diligentia, Deus non differt sum
misericordiam.

Tertia causa esse solet, eo quod meditatio
nis argumentum non sit accommodatum in
tui & conditioni meditationis: sicut myste
rii diuinitatis, quamvis sint silices, ex quo
Perfecti magnum elicent ignem; non raro
sunt adeo apti silices pro Tyronibus &
perfectis, ob statu illorum imperfectiorum
vult enim Deus Dominus noster, prius illis
exerceri consideratione aliorum mysteriorum
quaerorum necessitatibus magis conueniant.
quoque occultior alia cœusa, ex prouidencia
Dei, qui distribuit interdum mysteria suorum
psos perfectionis gradus: ita ut quibusdam
mysterium Natalis ipsius Christi talis sit
lex, ut statim atque de eo meditantur, semper
se denotione accendi: alijs mysterium orationis
Christi in horto est huiusmodi silex. Ex
pedit autem, vnitimque atque attendere illud
mysterium, in quo Deus cor eius mouet; ut
eo ordinari se exerceat, quamvis non proprie
cætera sint mysteria omittenda: nam immo
interdum cogitanti aperietur porta ad inge
diendum in ea.

Alii sua meditatione multas scintillas bo
norum desideriorum extrahunt; quæ tameno
mnes in aere ita euanescunt, ut cordi non per
hæreant: quod etiam ex triplici alia radice
prouenit.

Prima est, quia illa sunt desideria ipsius fe
nis tantum, & non mediorum: talia sunt de
sideria.

II.

ideria pigrorum; qui toti sunt in propria salute desideranda, non tamen habent illorum mediorum desideria, quibus voti compotes quadant. Contra quos dixit Saluator, o quartum regnum Dei & iustitiam eius, desiderantes idelicet non solum ipsuni regnum Dei, & salutem, sed etiam iustitiam bonorum operum, quibus illa obfinetur.

seunda radix est, eò quod sint desideria rerum valde vniuersalium, non descendēntia ad partculare illud, quod est executioni mandandum. Sicut qui desiderant esse Ianci humiles, sed non desiderant efficaciter illa exercititia, in quibus sanctitas consistit & humilitas. Nemo enim est adeò impius, qui non vellet esse bonus: aut cui virtus nou proberetur, vitium vero dispiceat. Sed ut tale desiderium sit homini utile, necesse est, ipsam desiderare humilitationem, qua virtus humilitatis obtinetur. Cōcipienda itaque sunt firma proposita, virtutes exercendi, superatis omnibus eascum difficultatibus.

Tertia radix est, eo quod desideria versentur circa res, quæ et si aliqui sint bona, non tamen sunt meditantis necessitati conformes. Si enim plenus ille sit passionibus, expendat verò rationem in excitandis desiderijs mortali, si opus esset, pro Christo, suasq; facultates pro ipsis amore largiendi, immemor sit interim desiderare mortem suorum vitiorum, quinque inordinatis affectionibus renunciare: talia inquam desideria sunt instar scintillarum.

Dux Spirit. Tract. II.

FF rum

o Matt. 6.33

SPIRIT
INTE

rum in ære volantium, quæ non exercent
vim suam in corde; & instar globorum
qui emittuntur ex tormentis in altum, ca-
murum, ad quem erant dirigendi, de-
ciunt.

A L I I sunt etiam, qui excutunt quidem
scintillas bonorum desideriorum, pen-
suuntque ad cor; sed citissime extinguitur
non communicato calore ipsi cordi, altera
duabus causis: *Vna* est quod ipsa deside-
sint tepida, nec satis radicata: quia in
meditatione, quæ illorum fuit causa, non
tis profundè fuerunt concepta.

Q V E M A D M O D U M Oseas propheta
xit, de populo suo, p misericordia vestra, q
sinubus matutina & quas tros mane pertra-
siens, qui orto sole, statim arescit, talia in
proposita, quæ concipiuntur, exercendū
qua virtutum opera ex aliquo bono morbo
quod repente offertur; sed facile frigescit
quacunque oborta difficultate: quia nō me-
runt radicem in ipsum cor. Quamobrem
xit Sapiens q vult & non vult piger. Nu-
quod modo vult, quia arridet & videtur
num, statim idem non vult, quia videtur
ficile.

A L T E R A causa est, eo quod scintillæ
cadat in cor valde humidum ab affectione
rerum terrenarum, quas ni deserat, sus-
cat statim desiderium illud rerum ca-
stium, accurrente mox ad contradic-
tum spiritu Dæmonis, r qui delectatur in-
bene.

p Ose. 6.5.

q Prou. 10.4.

r Job. 40.18

uentibus, horret verò arida, illorum scili-
et qui prauas huiusmodi affectiones morti-
ficarunt.

COLLOCA ergo te, sicut dicebat David,
coram Deo si sicut terra deserta & in aqua,
ut consideres eius virtutem & gloriam: &
vnde concipies ignem ex scintillis bonorum
desideriorum, quæ tibi communicabit infinita
eius misericordia: sicut alij multi in sua
meditatione experiuntur: qui statim atque
siles diuinorum mysteriorum attingunt,
magnum copiam proférunt feruentium desi-
deriorum, & propositorum efficacissimo-
rum generosa adeò firmaque resultatione, ut
suum putent, quod faciendum proposue-
runt, & exemplo Zacchæi dicant Deo suo: t
amidum bonorum meorum, Domine, do paupe-
ribus: & si quid aliquem defraudavi, reddo qua-
rupla. Nō dico dabo aut reddā, sed do, & red-
derem: adēd. n. est firmum decretū innitēs diuine
gratiae, vi non cogitent, se missis defuturos.
et sicut v̄ scintillæ vna, si adhæreat & calatur, in-
gens ignis exsurgit. Ita ab his desiderijs, quæ in
meditatione erūpunt, si nouis rationib. & cō-
siderationib. veritatū, que illa excitarunt, a-
tutus in sensu.

salutis exsurgit amoris ac deuotionis i-
nus, qui ad multos dies per durat. qd indicauit
David cū dixit: x̄ locutus cor meū intra me, &
in meditacione mea exar desicit ignis. Meditatio
est, quæ cor accendit scintilla boni desiderij
q ipsa talit, vt crescat, magnaq; flamma exur-
get. O Saluator dulcissime, qui dixisti: y ignē te

40

t Luc. 19. 3

v Eccl. 21.34.

x Pfal. 38. 4

2 v Luke 12, 45

ff 2 velle

velle mettere in terram, nec aliud velle, nō
accendatur. Veni, Domine, in terram cordis
mei, cūm tua mysteria meditor: ex quibus fio
tillas ignis excute, quæ illud inflammat, &
qui desideras hunc ignem augeri, ita me
meditatione adiuua, ut semper hic ignis ve
deat.

S. 4.

De ordine affectuum.

SVPEREST iam ut declaremus horum
fectuum varietatem, & ordinem atque
exercendis seruandum, qui adducuntur
dulcissimis illis verbis libri Canticorum.
2 Cant. 2. 4. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, &*
dinavit in me charitatem. & quæ hæc cella
nisi profunditas diuinorum mysteriorum,
diuina scriptura reuelata? quæ sunt tanquam
coelestia vasa, ex quibus Meditatio cor leto
mine illustrata, vinum haurit feruentium se
fectuum, ei, quod est asecuta, conformul
moris scilicet, latidis & gratitudinis ad Deum
gaudij aut compassionis & imitationis Cas
ti; contritionis & humiliationis suippunit
alios quoque misericordia, & zeli boni pro
ximorum. Et quamuis hæc vina proprie
tur interdum delibanda extra hanc cellam,
cūm ea Deus repente, & nulla præcedens
causa, communicat: ordinariè tamen non
propinatur copiosè haurienda, nisi ipsi, q
eam ingressi sunt per orationem, & Medi
tationem.

tionem, aut Contemplationem, sequentes
scilicet Regis cœlestis impulsum, illos diri-
gentis ac manu ducentis, voluntatemque im-
pellentis, ut *bos aperiat*, & repleatur cœle-
stibus his affectibus: qui comparantur *c vino*,
c quod latifacent cor hominis, repellendo o-
mnem tristitiam; & animam corroborent ad
ea, quæ sunt diuini seruitij, omni humano ti-
more remoto, efficiuntque feruorem spiritus,
dum instar musti bulliunt desiderijs rerum
grandium, excutientes omnem pigritudinem in
eis aggrediendis; & interdum ebrietate qua-
dam sancta, adferunt homini obliuionem sui
ipius, rerum omnium terrenarum, ut aggre-
diatur ea quæ iphius vires & facultatem exce-
dunt. Et quamvis præcipua eorum vis sita
sit in spiritu: sæpè tamen is abundantia suæ
facit ipsam carnem participem, dñducens illam
in eandem cellam; & propinas illi vina,
quæ ipse præbibit: ita ut *d cor & caro simul*
exultent in Deum vivum: exercente etiam in-
teriori parte eosdem affectus, quos pars suæ
exercet, sicut supra est dictum de tenera &
sensibili deuotione.

O P O R T E tamen ipsum Regem cœle-
stem, in hac sponsæ in cellam introductione,
ordinare in ea charitatem, ipsos scilicet affec-
tus certo ordine collocando. Sicut enim vi-
na sunt alterius coloris, & saporis, quædam-
que alij pretiosiora; ita magna est affectuum
varietas: quorum ordo in eo consistit, ut prius
illie exerceantur, qui sunt *viæ purgatiæ*: hau-

*b Psal. 30. 11.**c Psal. 103. 15**d Psal. 83. 3.*SPIRI
NTE

I.

e Psal. 59.5.

f Zech 9.17.

g Caat. 5.1.

h Ioan. 2.10.

i Mat. 9.17

z.

k Proo. 9.2.

riendo e *vinum compunctionis*, ac doloris-
strorum peccatorum, quò ab eis mundetur
postea sequantur affectus *via illuminata*
hauriendo f *vinum germinans virgines*, & ob-
edientes cum firmis propositis in omni gen-
re virtutum.

ET denique sequantur affectus *viae natiuitatis*
qui sunt à vino, quod propinatur g *amis-
mis*, & quo *inebriatur charissimi*; faciuntque
illos extra se, vt vniātur Deo. hoc est h *rum-
borum* & pretiosissimum, quod seruat Cor-
stus Seruator noster in *vitiūm locum* quando-
scilicet anima est iam valde purificata. Quem
admodum enim non mittunt homines i *vino
nouum in vires veteres*, alioquin rumpuntur
tres & *vinum effunditur*: Sic inflammatio-
moris affectus, & vunionis cum Deo, zelus
proximorum, non conueniunt illis, qui olera
sapientiae hominem veterem: quia ne sapientiam
proficiunt, nec affectus elucebunt, aut tam
esse apparebunt. *Vinum itaque nouum*
& *vires nouos mittatur*, & antiquum in veterem
& *vtraque seruabuntur accommodatis* scilicet spiritus affectibus necessitati recipienti
subiecti.

I D E M coelestis Rex alium etiam ordinem
in eisdem affectibus constituit, ita scilicet
eos commiscendo, vt ne vni tantum tribu-
tur, vt eius accessus alteri noceat, proprietas
enim dicitur de sapientia diuina, quod *con-
seruerit vinum*, fortius scilicet suauiori; &

sum timoris diuinæ iustitiae cum vino confidentiae de eius misericordia; & vinum zeli cum vino compassionis. Si enim purum biberes vinum compunctionis peccatorum tuorum, non admiscendo spem veniae, incidet in defectionem animi, ac diffidentiam, quæ obstat, quo minus ab eis minus liberaris. Immò, ut in libro Canticorum dicitur: *I misce vinum cum latte*, ut dulcedo & lenitas coelestium consolationum moderentur amaritudinem & rigorem aliorum affectuum,

Ponit quoque ordinem in quantitate ac duratione huiusmodi sensuum & affectuum, in *dans potum in lachrymis in mensura*, teneramque deuotionem usque ad certum terminum: ne nimia noceat spiritualis ebrietate degenerante in sensuali, & feroore spiritus in feroorem indiscretum, rumpanturque utres ob nimum vinum nouum in eos infusum; & Daemonium meridianum, specie deuotionis, deiiciat talem in illusionem.

D E N I Q V B ita in his affectibus ordinem constituit, vt præ omnibus velit, eminere charitatem, iuxta illud: *Et vexillum eius super me dilectio*, elevante scilicet super cor nostrum vexillum suum amore puro D E I, qui est vinum nouum legis nouæ, & non mandatum nouum, proprium hominis noui

1 Cant. 5. 1.

m Psal. 69. 6.

30.

a 10. 8. 13. 34

SPIRITU
INTE

noui Christi IE § v. Ex quo hauriendum est copiosè, si cupis renouari ad eius imaginem & similitudinem; coniungendo finis reliquos virtutum affectus. Et quoniam celsus hic Dux, & Rex æternus elevarunt xillum amoris, cum penderet in cruce; meditatione tibi est ingrediendum in cellam vitriam, sacratissimum scilicet eius cor, percuti vulnera, ut ibi inebrietur accensis affectibus quos producit meditatio dulcissimorum ius laborum. O Rex cœlestis, qui dilecti tuam spensam in cellam vinorum tuorum cœlestium introduxisti (nisi enim tu introduxisses, illa per se ingredi non potuisset) produc me etiam ad intimum eius recentem adeoque feruentem fac me inde exire ad vertutes procurandas, ut earum per te perfectem acquiram, Amen.

Ex dictis deducere licet præstantiam necessitatem altissimi huius exercitij Meditationis, quo medio Deus tot mirabilia facit, vi enim S. Bernardus ait: consideratio animi purificat, regit affectus, eorum actiones dirigit, superflua corrigit, vitam componit, mores ordinat, perfectam cognitionem rerum humanarum ac diuinarum scientiam generat, non vanam, quæ inflat, sed scientiam (ut a sanctus August.) quæ assert compunctionem & deuotionem, nosque perpetua implet sanctitate. Persuadeas tamen tibi, te absque specie cœlesti auxilio nō posse ad fidicū hunc modum, eiusq; tres mansiones peruenire; nec ali-

4.
Lib. 1. de
confider.

Lib. de spir.
& lit. e. 70.

curus rectos facere ad quæstā intelligentiam
optimandam; nec ingredi in cellā diuinorum
orum affectū. Nam vt Apost. dixit, o nos ne
sive quid o emus, sicut oportet, nisi ipse spiritus n
ostrobis postulet: nos s. inducens ad petendū
genitibus menarrabilibus. Ita dicere nūc licet,
nos nec legere, nec mēditarī, aut contemplari
licet, sicut oportet; nisi ipse Spiritus S. id per
nos faciat, supplens nostrā ignorantiā sua illū
fratōne nostramq; infirmitatē sua inspirati
one adiuuans. Et nisi ipse met (vt ait S. Bonavent.)
nobis inspiret quid, qualiter, & quando
diuinis sit meditandū meditatio nostra (& i-
dem dico de lectione) erit inanis, vaga, & in
utilis: nec in ea accendetur ignis charitatis, sed
vanitatis. Quamobrē inchoanda tibi esset Me-
ditatio ab illo verſu Dauidis, verbo vno, cha-
ritatis causa, mutato: p Emitte lucē tuam & ve-
nit a me tuam, vt ipsa me deducant, & adducant
du montem sanctū tuū. & in tabernaculatuua. O
Deus aeternē, emitte lucem tuam de cœlo, vt
mediter sicut oportet tua mysteria; & Verita-
tem tuam, vt verē illa sciam & stimare: his enim
ducibus, securus ibo, & perueniam ad montem
sanctum vitæ Contemplatiuæ; ingrediarq; ad
habitandum in eius mansionib; donec per-
ueniam ad montem gloriæ, vbi me reci-
pias in tuas aeternas mansio-
nes, Amen.

o Rom. 8.26.

Itinere 2.
tertii. dist. 5.

p Psal. 42.3.

SPIRI
NTE

FF 5 CAPVT